

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 44 [XLIV.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

meus es, ideo non solum omni reverentia, honore,
et gratitudine; verum etiam omni amore, ac tenerri-
mis dilectionis amplexibus dignus es. Ah amote
o pater amantissime, amote, et amplexor te ex in-
fernis cordis mei medullis. O ut te semper habeam!
Semper sentiam in fundo anime mee, nec unquam
separer a te, pater dilectissime.

3 Verum quid est, quod saepius in hanc terrenis?
Cur ea, quae sunt in mundo quaero? cum omne bo-
num, in eum sit in coelo: Ecce Pater meus, qui dives
Rom. 10. est in omnes, qui invocant eum, ipse est in coelo, ubi
vera divitiae, ubi vera satietas; gloria enim et
ps. 111. divitiae in domo eius, et qui habitant in ea, inebrian-
tur ab ubertate eius, ac de torrente voluptatis eius
potantur. Sursum itaque elevare cor meum; apud
Patrem tuum, qui in coelis est, sit conversatio tua;
nusquam enim in terra vera iucunditas, nusquam
vera satietas; solum enim satiaberis, cum apparue-
rit pateris tui. Ad te igitur suspirio o pater, qui es
Luc. 10. in coelis: adveniat michi regnum tuum, hic quidem per
7 gloria gratiam ita regnando in corde meo, ut totus sim
tuus, et tu totus meus; illic vero per gloriam, ut vi-
deam te, et fruam te in aeternum.

Caput 44^{um}

Aspirationes ad Deum tanquam sponsam nostram.

O Domine Deus, quanta pietatis tuae dignatio,
quanta conditionis meae exaltatio! dum naturam
humanam assumens, et procedens de Bethleem tuo,
utero scilicet virginali, veluti sponsus anima
mea tanquam sponsa tua copulari dignatus es. O
dulcissime Deus, si rex quispiam etate floridus, as =

pectu decorus, moribus angelicis decoratus quaedam ignobilem et deformem puellam sibi eligeret in spon-
 sam, quanto haec erga tam nobilem sponsum con-
 glutinaretur mentis ardore? Tanto utiq; supra
 amoris magnitudine se ipsam amplius non caperet,
 aut a se ipsa deficeret. Quam igitur dilectione, o
 clementissime Deus, quo iudicio, quo ardore, quo fer-
 vore anima mea ignobilis, quam tibi desponsasti
 in fide et miserationibus te diligere debet, qui es
 coeli et terra Dominus, cuius gloria, decor, et pulchri-
 tudo exsuperat omnem sensum. O anima mea,
 unde tibi hoc, ut ipse sit sponsus tuus, in quem
 desiderant angeli prospicere, cuius pulchritudine
 sol et luna mirantur? Vide iam quibus brachiis cha-
 ritatis eum amplecti debeas, qui adeo formosus,
 adeo nobilis, adeo amabilis est sponsus tuus.

Quid est igitur, quod hanc sponsum tuum, adeo
 excelsum, adeo nobilem non toto mentis ardore dili-
 gas? Cur eius amore non tota deficiis? Num ideo, quia
 ait quidam: non est ei species, neq; decor, et vidimus eum
et non erat aspectus: nos putavimus eum quasi lepro-
sum. Ergo sponsus tuus foedus est, absit; nun-
 quam enim pulchrior, nunquam amabilior, quam cum
 amore tui spiritus foedatus, pugnis contusus, flagellus
 cadus, spinis coronatus, sanguine cruentatus, toto
 corpore dilaceratus, despectus et abiectus pendebat
 in patibulo; ibi enim pietas, ibi gratia, ibi miseri-
 cordia eius, qua sunt vera ac summa pulchritudo magis
 refulserunt. Ergo ubiq; sponsus noster pulcher
 apparet, pulcher in celo, pulcher in utero, pulcher
 in ligno, pulcher in sepulchro; nusquam enim suam
 dimisit divinitatem, nec proinde sua amisit pulchritu-
 dine. O amabilissime, o pulcherrime sponse anima mea,
 reple quasso, cor meum inextinguibili dilectione tui adeo
 ut sicut flamma urens tota ardeat in tui amoris dulcedine.

Isai. 55.

3. Sponsus itaq; tuus, & anima mea est pulcherrimus,
 cant. 5. quia est candidus et rubicundus selectus ex millibus.
 collos. 4. Est suavissimus, quia eius dulcedo exsuperat omne
 sensum. Est sapientissimus, in eo quippe sunt om-
 nes thesauri sapientiae et scientiae absconditi. Est
 ps. 73. nobilissimus, quia est Dei filius; Est altissimus;
 ps. 713. quia super coelos gloria eius. Est ditissimus, ip-
 Jac. 2. sius namq; est orbis terrarum, et plenitudo eius. Est
 liberalissimus; dat enim omnibus affluenter, et non
 improspere, imo se totum tradit tibi, ut cor tuum
 prebeas illi. O dulcissime Sponse anima mea non
 tantum cor meum, sed et totum corpus, sed et anima
 et omnia mea; accipe me totum; totus enim tuus esse
 cupio, cum totus meus esse velis. Ah appone cor meum
 dulcissimo cordi tuo, ut ab eo incalescat, et totum
 amore tui ardeat, ac de solo spiritu tuo vivat.

Caput 45^{um}
 Aspiraciones ad Deum tanquam
 fratrem nostrum.

Christe Jesu non solum es sponsus meus, sed
 etiam frater, quandoquidem nos fratres tuos, nuncu-
 pare dignatus es, inquit Magdalena: vade ad fra-
 Joan. 20. tres meos et dic eis: ascendo ad Patrem meum et
 patrem vestrum. Non confunditur, inquit apostolus
 Heb. 7. fratres eos vocare dicens: nuntiabo nomen tuum fra-
 tribus meis; et hinc est quod ab eodem apostolo vo-
 Rom. ceris: primogenitus in multis fratribus. Ah quis
 cant. 6. v. i. michi det te fratrem meum sugentem ubera matris
 mea, ut inveniam te foris, et deoscular te! Quis
 nempe michi praestet hoc beneficium, ut non amplius
 per vices solum et intervalla, sed continuè et sine
 intermissione michi adhaereas more fratris germani,
 et adhuc parvuli, qui sugit ubera matris, ut te foris
 nimirum à mundi huius curis, et voluptatibus, per-